

M. 2,778 e

B. Miss. II, 354 6



TINO

VM

s

DELI

I,
antia

IC AE

CI

VM,

3.

VM



A

L

GEO

P

C



AFFVLGENTE NVMINE DIVINO Z
DIÆTA
LITERATORVM

INDVLTV

*Magnifici ac Gratiosi Ordinis
Asclepiadei,*

SVB TUTELA

GEORGII WOLFGANGI WEDELI

MED. DOCTORIS,
ET THEORETICES PROF. PUBLICI,

*Patroni ac Praeceptoris sui observantia
cultu submisso prosequendi,*

CENSVRÆ PHILIASTRORVM PUBLICÆ
à

JOHANN E Rottenberger/
Ilmo-Schvartzburgensi,
proposita

IN AVDITORIO MEDICORVM,
die Januarii,
ANNO CIC IDC LXXIV,
EDITIO QVARTA,
cum

Additamentis PARADOXI.

IEN AE

Apud IOHANN. BIELCKIVM
cic IDC XCV.





Σὺν τῷ Θεῷ.

 uid de Diætâ
senserit Paracelsus, ejus de-
clarant facta,
dictaque confirmant. No-
cte ac die ebrietati litabat,
mentisque suæ satis com-
pos raro repertus ægris ra-
tionem vivendi liberam si-

A 2 ne

ne ratione concedebat.
Hunc secutus *Helmontius*,
nisi pejori, parili saltem in
Diæteticen utitur injuriâ,
dum eam *lib. de vici. rat.*
proditricem æstimat igno-
rantiæ causarum, veræ me-
dicinæ & præpotentis re-
medii. Sanationes, *inquit*
ibidem §. 4., medicaminum
sunt, non ciborum effectus;
Puduit me hujus partis.

Verum enim verò in-
quo pretio scriptoribus hi-
sce

sce diæta fuit, in eodem
meritò eorum de diætâ ju-
dicio.

Quantum cibi ac potus,
rerumque non-naturalium
reliquarum regimen in vi-
ribus reparandis, conser-
vandis, indole quoque na-
tivâ immutandâ ac corri-
gendâ polleat, pluribus, ni
brevitati hîc studendum,
demonstrari posset. *Veru-*
lamius lib. 3. cap. 1. b. i. st. nat.
se natum, scribit, parente

A 3 non

non senio solum, sed multis infirmitatibus & nimio medicamentorum usu confecto, adeoque à vitæ suæ initio habuisse corpus adeò debile & malè constitutum, ut Medici determinatè assererent, fieri naturaliter non posse, ut annum 14. attingeret: Se tamen victus usu accurato & fugâ studiosâ eorum, quæ sibi experiebatur noxia, prolongasse vitam jam tum, cum hæc

hæc scriberet, ad annos 60.
non abs spe eam ulterius
producendi.

Hœdi ovium, agni ca-
prarum lacte nutriti mirè
immutantur : hi lanam
duriorem, illi capillum te-
nuiorem acquirendo. Ar-
bores quoque ac plantæ va-
riant non tam ob seminis,
quam alimentorum ac am-
bientis aëris varietatem.

Quid dicam de ingeniis
hominum? Nonne ea di-

A 4

ver-

mul-
mio
con-
e suæ
adeò
cum,
è as-
aliter
4. at-
ictus
udio-
xpe-
ngas-
um
hæc

DISSERTATIO
versimodè comparata esse
pro usu rerum non-natu-
ralium diverso ipsa loqui-
tur experientia? Nec ipsa
medicamenta ad placitum
operantur unquam, si er-
ror in rebus non-natu-
ralibus committatur, et
iam ex mente Galeni, li-
bro de Theriacâ ad Pam-
phil. cap. 4. sic scribentis:
Οὐδὲν γάρ εἰσὶν ἵχυες οὐτὶς
τρικῆ βοή θημα, οὐ τελεῖ τέλεον
τὸ γνωμόθελον ὄντων διώσαται
ἐπει-

ἐπαγγεῖν ἀντεργόμυου
τὸ κτῖσθαι διατασσεῖν, μὴ σωματικόν,
nullum enim tam
efficax remedium medicina
habet, quod solitum au-
xilium afferre queat, si ei
victus vel resistat, vel non
cooperetur.

Hæc inter alia me mo-
verunt, ut partes Paracelsi
ac Helmontii deseruerim,
atque Diætam, Literato-
rum præprimis, sanitati ac-
commodatam, pro inge-

esse
tu-
ui-
psa
um
er-
tu-
et-
li-
m-
tis:
ia-
di-
ta-
pi-

DISSERTATIO
nii modulo exercitii gratiâ
tractandam elegerim. Co-
natui huic ut Numen su-
premium faveat , mente
contendo humillimâ.

SECTIO I.

Etymologiam sistit cum
Definitione rei.

CAPVT I.

De Etymo.

Diætam Literatorum ex-
aminaturus successu vix
gaudebit prospero , nisi
vocum etymon quodammodo
habeat perspectum. Pauca hinc
prælibanda de eo duxi, ne in ipsius
rei

2

DE DIAETA LITERATORVM. II
rei consideratione significatus va-
rius turbas queat excitare.

Dictam volunt diaetam διῆτα τῶν
Δεῖτων, h. e. à *conviviis*, quæ in eâ
peragebantur: *Varroni* origine
Latina esse dicitur, quod in eâ *per
diem* ederetur. Vnde cunque de-
rivetur, significatum obtinet vari-
um in foro tām *Medico*, quām
Politico. *Aristophanes* eam pro
cœnaculo ac loco, ubi hospites ex-
cipiuntur, usurpasse legitur. Aliis
locus est, ubi ad judicium conve-
niunt arbitri, nec rarō apud Jctos
diaeta audit ein Landtag vid. *Spren-
ger. de comit. passim.* Medicis diae-
ta (1) est *decoctum* ad alterandum
simpliciter; vel vacuandum sensi-
biliter aut insensibiliter compara-
tum. De hoc pluribus agit *Morell.*
lib. I. s. I. cap. 13. Metb. præscr. form.

(2) Moderatio alimentorum.
(3) Est regimen omnium sex re-
rum non-naturalium , quatenus iis
aut vires sanitatis integras conser-
vare ; aut inclinantes retinere an-
nitimur. *Conf. B. Schenk. Inst. p.*
H. p. m. 97.

Literati h̄ic non sunt (1) quocun-
que modo literati, seu literis no-
tati. Nec (2) illi, qui Musis qui-
dem dedēre operam , at castra
eorum tandem deseruerunt, ac
negotiis domesticis solis incum-
bunt. Verūm illi h̄ic veniunt
considerandi, qui curas ac labo-
res suos studiis consecrant, vitam-
que ut plurimum sedenta-
riam agunt.

CAPVT

CAPVT. II.

Definitionem proponit.

Ut, quæ acceptio in præsentia-
rum obtineat, clarius pate-
scat, lubet hanc Definitionem, si-
ve potius descriptionem, plurium
verborum anfractu seposito, dare:
*Dieta Literatorum est usus rerum
non - naturalium, Literatorum sa-
nitati idoneus.*

Definitio quævis duplici ab-
solvitur conceptu, *communi ac
proprio*. Istius locum sustinet u-
sus rerum non - naturalium, qui
& senum & infantum, etiam non-
dum lucis usurâ fruentium, diætæ
convenit.

Cum autem Literatorum diæ-

ta peculiaria habeat ab aliorum regimine, reliqua addenda erant verba, ut iis conceptus proprius innueretur, & sic ab aliis distinguatur. Sensus definitionis erit clarius, ubi verba, e quibus constat, erunt examinata.

Ufus vocabulum h. l. non utilitatem ac commoditatem aliquam, sed ipsum utendi actum significat.

Rerum non-naturalium nomine veniunt istae, quae inter naturales ac præternaturales quasi mediæ sunt, sanitatiique & prodesse & obesse possunt, sex vulgo numeratæ: (1) Aër. (2) Cibus ac potus, & eò relata abstinentia. (3) Somnus & vigiliæ. (4) Motus & quies. (5) Excreta & retenta. (6) Animi *παθήματα*. Harum regimen vulgo in-

Diæ-

DE DIAETA LITERATORVM. 15

Diaetam naturalem, vitalem & animalem dividitur.

A Pergamenol. i. de sanit. tuerend. c. ult. in quatuor distribuuntur classes, scil. in *ωεσΦερόμηνα*, *πρατήρια*, *ωέιχοντα*, ογι *σκυριόμενα*, h. e. in ea que assumuntur; geruntur; foris accedunt; excurrentur.

Corpori ita necessariæ sunt, ut ne vivere, multò minus sanitate integrâ frui sine illis liceat. In determinando igitur harum usu legitimo sudarunt autores plurimi, iique Clarissimi, *Cardanus*, *Ficinus*, *Horstius*, *Sennertus* aliique. Sed, ut passim in foro medico accidere solet, facilius ac prouintius regimen earum præscribitur, quam observatur, tum ob multorum mores medicis consiliis

liis contrarios, tum etiam fortunam quorundam tenuem, hanc vel illam diætam severè prohibentem.

Loco postremo posita vox *Idoneus* requirit, ut ne in quantitate, qualitate, utendi modo, tempore aut aliis circumstantiis committatur error. Quæ ut distinctius appareant, de singulis rerum non-naturalium seorsim erit agendum, & quidem in

SECTIO.

SECTIONE II.

Examinanda προσφεγόμηνα.

CAPUT I.

Aerem Literatis designat.

Aer pabulum tum sanorum, tum ægrorum momentaneum, mutationes varias tunc patitur, quando ipsi particulæ associantur, nunc salinæ, nunc sulphureæ, nunc mercuriales, arsenicales aliæque venenosæ, pro anni tempore, cœli constitutione, locisque, quæ permeat, diversis.

Et hæ mutationes non possunt non communicari cum corpore, cum

cum aëre ipsi carere nec minimo liceat tempore, & , elogio *Herodoti*, mutationibus ejusdem præcipue existant in hominibus morbi. Afficitur proinde nunc humiditate, nunc siccitate, nunc frigiditate, nunc caliditate, nunc aliâ qualitate.

Hinc quæstio oritur, quinam Literato, ut non minus corporis, quam mentis vigor ei conservetur, conveniat? Cum individua secundum temperamenta itemque *ἰδιοσυγκρασίας* mirum in modum differant, & differentiæ istæ accuratè comprehendi à Medico saepe difficulter queant, eligendus primò aér temperatus, deinde attendendum ad nocentia atque juvantia. Quemlibet igitur, non modò in aëris, sed & in omnium re-

rerum non - naturalium usū , cor-
poris sui constitutionem scrutari
oportet , & quid sibi proficuum ,
quid contra ea nocivum , observa-
re . Hinc quæstioni propositæ vix
satisficeret , si generaliter aut frigi-
dus , aut calidus &c. aër literatis
conveniens statueretur . Dantur
casus , ubi frigidus nocet , calidus
prodest , in primis post exercitia
immodica frigiditate pori obstru-
untur , sicque effluvia retinentur ,
quæ retenta putredini , lassitudini
præternaturali , febribus aliisque
malis fomitem subministrare pos-
sunt facile inflammabilem . Qua-
re consultum minimè videtur post
exercitia ad sudorem usque conti-
nuata in loco subterraneo aut alio
frigidiori levamen quærere . Dan-
tur etiam casus , ubi contrario mo-
do

mini-
elogio
sdem
inibus
nunc
nunc
nunc

nam
poris,
erve-
idua
item-
mo-
e istæ
edico
endus
nde
atque
, non
nium
re.

do concludendum ; Qui enim tempestate hybernâ membra frigore rigentia calidiori foco credit, ex subsequentibus symptomatibus malè se egisse sentit.

Si judicii ac memoriæ actiones, quibus occupatos præ cœteris Literatos vitæ genus esse jubet, respiciantur, itidem absolutè nec calidus, nec frigidus conveniens dici meretur omnibus. Actio seu operatio judicii tam prospero successu non gaudet, quando suscipitur in aëre frigido, quam quando in calido. Calida aëris constitutio spirituum motui amica, & consequenter ideis pluribus formandis aptissima. Frigidior contrà temperatura actionibus memoriæ favet, hærentque tenacius, quæ loco frigidiori quis, tardius licet, quam quæ calidiori addidicerit. Bre-

Breviter decidi quæstionem putarim assignando cuivis temperamento & actioni aërem proportionatum, h. e. qualem quodlibet requirit individuum.

A *Sennerto inst. l. IV, p. 1. cāp. 2.* ille quidem optimus censetur, qui in qualitatibus primis est temperatus, purus, nullisque inquinamenti infectus, serenus, lenibus ac suaviter spirantium ventorum flattibus agitatus, quiue salubribus pluviis interdum irrigatur. Paucis interpositis pergit: Talis aër calorem temperatum conservat, spiritus illustrat ac recreat, sanguinem attenuat, corpus in integrâ sanitate conservat, & ad actiones omnes alacre reddit, omnique ætati ac temperamento salubris est.

Annon verò Literatis, qui calidio-

enim.
ra fri-
redit,
atibus

ones,
is Li-
respi-
cali-
s dici
eu o-
suç-
scipi-
ando
stitu-
con-
andis
tem-
æ fa-
loco
quàm
Bre-

dioris sunt naturæ, aër salubris sit etiam ille, qui ad frigidum inclinat, negare non ausim. Arbor incurva, si recta optetur, in latus oppositum blandè est retorquenda. Hic loci à *Pansa* non dissentendum reor dicente: Aër temperatus temperato in primis homini, frigidior calidiori, calidior frigidiori, siccior humidiori, humidior sicciori hominis naturæ utilior. *Vid. lib. i. de prorog. vit. p. m. 102.* *Jonstonius*, ob judicii rationem Literatis habendam, jubet functionem ejus defendere, robore, ac in statu naturali conservare aëre (1) subtili, (2) puro, (3) odoratiōri.

Talem præ cœteris anni temporibus vernum suppeditat, quando arbores foliis se induunt, brachia-

chiaque sua floribus ornant fragrantibus. Deambulatione tunc temporis institutâ moderatâ, præ primis locis iis, ubi tiliarum preventus felix, mirum quantum vires roborentur animales.

Roborantur ac reficiuntur quoque, quando aër temperatur flatu subsolani. Ventus hic, utpote è calidâ ac siccâ mundi plagâ spirans, calidæ siccæque naturæ esse solet, viribusque nostris admundum gratæ. Sequitur inde Musæa esse debere Orienti exposita, ut liberum purumque admittant aërem. Nec incommodum fenestras quoque aperire Museorum ac Bibliothecarum, ut conclusus aër ventiletur, atque à putredine præservetur. Eundem in finem granaria in fastigiis ædium cum

s sit
nat,
ur-
op-
da.
en-
ra-
ni,
gi-
ni-
ti-
P.
ra-
oet
o-
er-
o-
m-
an-
ra-
ia-

cum fenestris ad orientem ac se-
ptentriōnem *Verulamius* colloca-
ri commodē scribit.

Septentriōnalem quod concer-
nit, respectu orientalis secundum
salubritatis gradum obtinet, &
frigidus statuitur ac siccus. Di-
gnum notatu, quod in seminio
venenato profligando reliquis o-
mnibus palmam præripiat, adeò,
ut pestis ex eo oriri solita raro
aut nunquam tempus hybernum,
quo Septentriōnales dominium
ut plurimum tenent, superasse sit
observata.

Occidentales tertio ponuntur
loco, frigidi sunt ac humidi, poti-
usque vegetabilium, quam ani-
malium generi profici.

Meridionales, utpote vastum
mare & maximas paludes trans-

eun-

euntes putredinis miasmata secum vehunt promtissima. Caliginem visui obducunt, caput gravant, suâ dum humiditate partium fermentationem blandam ac naturalem impediunt. Plura qui desiderat hâc de materiâ, adeat *Sennertum, Quercetanum, Magirum, Horstium, aliosque.*

Studiosus sanitatis, propriam naturam exploratam habens, ex dictis quodammodo perspicere que, quemnam admittere aërem debeat, quò minus in actionibus naturalibus impediatur, utque pro circumstantiarum ratione alteretur, corporique amicus reddatur, per contraria corrigendus est.

Aër, qui contraxisse præsumuntur μάσητα venenata, corrigi

B

de-

debet accensis baccis atque frutti-
cibus juniperi, foliis absinthii ac
rutæ, itemque cornibus varii ge-
neris. A Sennerto lib. 4. c. 5. de
pest. præf. commendatur pulvis
sequens:

R^e bacc. junip. m. iv.

berb. rutæ, l sabinæ,
rad.belenii, cort.ext.betul.
corn. birc. rasþ. a. m. ij.
fol. querc. myrrb. a. ȝj.

M. F. Pulvis.

In constitutionibus malignis
etiam aërem atomis atque efflu-
viis animatis imprægnatum nos
inficere, tradit Kircherus lib. de
peste. Emendari autem potest pu-
tredinem inhibentibus, ambusto
absinthio, ☉lo, ☉o, in aceto &
aquâ decoctis. Exhalans vapor ea

exa-

exanimat & internecioni tradit.
Paria huic præstat suffimentum ex
pice, & e & sale.

Cum individua, ut dictum, di-
screpent, hoc loco monendum, ut
quilibet ea eligat suffumigia, quæ
naturam suaviter afficiant. Qui-
busdam nauseam quædam exci-
tant, aliis alia suffocationis pericu-
lum minitantur, quod à posteriori
ut plurimum saltem à Medico co-
gnoscitur. Nec subticendum,,
quod in suffitibus fumus densior ac
crassior, ex optimis ac pretiosissi-
mis licet excitatus simplicibus, plu-
rimum obsit viribus animalibus,
hinc è Museis exeundum, donec
dispergantur nebulæ crassiores.

Calidus ac siccus aër, si cui mo-
lestias pariat, temperari potest lin-
teis madidis in conclavibus suspen-

B 2 sis,

frutt-
ii ac
i ge-
. de
pulvis

ul.

lignis
efflu-
nos
. de
st pu-
busto
cto &
or ea
exa-

sis, perfusionibus ex aquâ frigidâ factis, sparsione foliorum *vitis*, *salicis*, *nymphææ*, *rosarum*, aliorumque refrigerantium ac humectantium.

Frigidum emendare docet *Hortius lib. i. Carm. Od. 9.*

*Dissolve frigus ligna super foco
largè reponens atque benignius
deprime quadrum Sabina,
O Thaliarche, merum diota.*

Austrinus ac humidus aër corrigi aut evitari solet clausis conclavibus, foco luculento, stratisque per Musea floribus *salviæ*, *laven-dulæ*, *rorismar.* *majoran.* *thym.* *serpill.* nec non fumo, quem succinum, *thus*, *styrax calamita*, *benzoë*, *sandaraca Arabum*, seu *gumi juniperinum*, *tacamabace*, *ele-mi*, *animæ*, *mastione*, *ladanum*,
alia-

2

frigidâ
tis, sa-
rum-
ectan-
et Ho.
foco
nius
a,
a.
rrigi
clavi-
sque
ven-
bym.
uccia-
ben-
um-
ele-
m.,
alia-

DE DIAETA LITERATORVM. 29

aliaque ex his composita accensa
præbent.

Accidit nonnunquam, ut tem-
pora nocturna Literati studiis con-
secrare cogantur, sicque opus ha-
beant candelierum usū. Harum
fumo verò cum aër in museis ac
conclavibus mirum in modum al-
teretur, imitandum famæ illustris
virum putarim, qui fumum cande-
læ tubo è laminis ferreis parato per
fenestram pulchrè educit. Quan-
do verò aëris noxa propter ratio-
nes inevitabiles ferenda, Literatus
eò dirigat curam, ut resarciatur re-
liquarum rerum non-naturalium
usu commodo. Nec consuetu-
do ex animomittenda, consuetus
quippe aër, deterior licet, in-
suedo, utut salubriori,
salubrior.

B 3

CAPVT

CAPVT II.

Quid in alimentorum assu-
mitione observandum,
determinat?

Corpus humanum horologio concinnè comparatur. Hoc si curâ decenti tractatur , & oleo convenienti tempestivè inungitur, usui destinato aptum , & ab aëris injuriâ aliquaque incommodis illæsum diu conservatur. Corpus nostrum , omnesque , è quibus compositum est , partes ejus ritè funguntur officio , modò decenti tractentur alimentorum usu. Hoc observatur , quando in assumptione alimenti (1) *morsorū* Quantitas,

(2)

DE
(2) m
Temp
utena
Ra
cujusc
deber
grava
ve ta
dum
tionil
quere
fanita
cibur
mero
Quo
verba
c. 15.
τρε π
σαθα
περι
σην

(2) ποιέτης Qualitas, (3) χρέως
Tempus, (4) τείχις θεραπειῶν,
utendi ordo cæsi attenduntur.

Ratione Quantitatis, Literati, cujuscunque ætatis, eò laborare debent, ut assumta non virium gravatio, ast instauratio excipiat, si-
ve tantum ventriculo propinan-
dum, quantum sinementis opera-
tionibus impeditis possit conco-
quere. Id qui observat, curam
sanitatis gerit prudenterem iis, qui
cibum ac potum pondere ac nu-
mero certo mensurare solent.
Quod idem notatu dignissima
verba Hippocratis l. de vet. medic.
c. 15. & 16. requirunt: Δεῖ γὰρ μέ-
τρες πνὸς στοχάσαιδαν. Μέτρον δὲ αὐδε-
σθαῖν, δὲ αἴρθιον γένεα ἄλλον
πόσις ὁ αὐταρέων εἶσῃ τὸ ἀκριβέστερον,
οὐκ ἀν εὐροίης ἄλλο, οὐ τὸ σώματον

līp aīdηπv. Oportet modum aliquem
conjectare. Modum autem, neque
pondus, neque numerum aliquem
ad quem referas, cognosces: certi-
tudinem enim exactam non repe-
ries aliam, quām corporis sensum.

Quantitatem variant tum anni
tempora, tum Literatorum condi-
tiones diversæ. Hyeme plus,
quām æstate, cibi ingerendum sua-
det calor tunc temporis conclu-
sus, coctionemque mirè promo-
vens. Sangvinis etenim particu-
læ subtiliores, calidiores ac conci-
tatiores non tam facile per cutis
poros, frigore tum coarctatos,
quām æstate transpirant; quapro-
pter majori copiâ in ventriculum
aliaque membra feruntur, dige-
stionem ac coctionem adjutum.
Consentit Cartesius epist. 52. p. 1.

Pro

Pro varietate conditionum, quo-
rundam fortunæ corporis exerci-
tia permittunt, qualia sunt saltan-
di, equitandi, digladiandi & simi-
lia, de quibus *Moscheroscb de Exer-*
cit. Academicis consuli potest:
Quorundam verò res angusta do-
mi ea prohibet, juvatque hos do-
ctis impallescere chartis. Illos
manu liberaliori cibare omnino
decet: Hos non item. Ratio est,
quia meditationibus continuis a-
ctiones naturales non, ut motio-
nibus a corporis exercitiis, promo-
ventur, sed sufflaminantur. Ne-
tamen natura horum planè suc-
cumbat, erigi ac confortari potest
gutt. aliquot spiritus \oplus li simplicis,
philosophici, salis, elixiris proprie-
tatis, pilulis aloëpbangin. horulæ
spatio lante pastum, aut, pro cir-

Abstinentiam facili negotio
medici præscribere possunt illis,
quos parcè cibare sors jubet te-
nuior. Verùm quibus fortuna
epulas concessit lautiores, difficul-
ter suadetur ; admodum enim
molestum, cibos delicate appara-
tos usurpare saltim oculis. Tol-
lere omnem molestiam possunt
ac debent commoditates ex absti-
nentiâ ac frugalitate emergentes,
quas longâ serie enumerat *Lessius*
in Hygiastico p. m. 58. seqq. Nec
in excessu nec in defectu peccan-
dum, ne morbi contingent, *vid.*
1. aphor. 4. & seqq. Non vivere
oportet, ut edas, sed edere, ut
vivas. Malè igitur faciunt illi Li-
terati, qui ad demensum cibant,

vix

vix id corpori suggestentes, quo
necessse habet, multo minus ad
satietatem.

Multi etiam delinquunt, qui
existimant, oportere se mundo
emori, abducere se omnibus con-
ventibus familiaribus, & libris,
non Libro inhærere. Sed meri-
tò non invidendum literarum a-
matoribus, ut interdum ad refo-
cillandos spiritus hilarius vivant,
dummodo modus non exceda-
tur, quæ verba sunt *Laurembergii*
comm. in mnemon. Ciceron. à No-
bilitiss. & Excell. D. PRÆSIDE
edito. Sin ultra terminos transfi-
tus fiat, potissimum quoad po-
tum, cogitandum est cum Cyro
apud *Xenopbontem*, vino mixtum
esse venenum, memoriae puta,
ingenii ac judicii.

Si quis verò excessus fuerit commissus, abstinentiâ corrigitur commodius, quàm medicamentis purgantibus, atque exercitiis vehementioribus. Sic natura sibi relicta digerenda digerit, fermentanda fermentat, corporisque discordiam concordem, sine quâ nulla operationum feliciter perficitur, restituit.

Ratione qualitatis ea hîc locum habent præ reliquis, quæ partium sunt tenuium, euchyma, cum quâdam humiditate juncta. His non modò vires reparantur animales, sed & obstrunctiones alvinæ, cerebri functionibus maximè infestæ, præcaventur. Nulla tamen regula sine exceptione, igitur neque hæc. Etenim alii particulis abundant salinis; alii freis; alii

d g

2

DE DIAETA LITERATORVM. 37

alii serosis; alii sulphureis, ut, qui
eundem cibum, etiam optimum
in suo genere, omnibus com-
mendare auderet, frustra esset.
Ιδιοσυγκρασία cuiuslibet est respi-
cienda, quidque hæc admittat,
quid respuat, probè expenden-
dum. Si verò quæratur, an va-
rietae ciborum uti concessum sit
literato; Distinguendum nos do-
cuit *Nobil. D. PRÆSES, Præ-*
ceptor *devotè colendus*, inter va-
riatem æqualem & inæqualem.
Si cibi non contrariis pugnantes
frontibus assumantur, bonum est,
& hæc varietas tum appetitum
delectat, tum stomacho potius
prodest, quam nocet. Ea verò
quæ sunt inæqualia, absint à men-
sâ, τὰ γὰρ ἀνόμοια σαστάζει, inæ-
qualia, *Coi* testimonio, *seditio-*

B 7.

nem

nem movent. Hinc lacticinia & acida, dulcia cum amaris, medicamina cum alimentis, aliaque ejusmodi discordia non facile commisceat. Etenim caseus, juscula lactis & alia lacticinia cum cibis ex aceto, vino austero, cerevisâ vetustiore, aut alio quovis ácido paratis assumta præcipitantur, corrumpuntur, naturæque nostræ qualitates inimicas adsciscunt, sive que arthritidis, calculi, scabiei, scorbuti, mali hypochondriaci aliorumque affectuum melancholicorum semen in corpore spar-gunt.

E vegetabilium genere quæ pertinentur alimenta, ac referta sunt facultatibus medicamentosis, cum difficultate aliquâ coquuntur ac assimilantur. Quæ animalium ge-

DE
genus
liaria
priori
que p
limenu
consul
lum &
um g
aroma
ne. S
tate f
noxiæ
reddu
lud E
χεόντα
συνήθε
sueta
riora
moleſi
Ra
tatis

genus suppeditat, & magis familiaria sunt naturæ nostræ, præ prioribus expetenda. De utrisque prolixè *Sebizijs Tract. de Alimentis* scripsit. Optimè sibi consulit Literatus, qui ventriculum & vegetabilem ac animalium generi assuefacit, adhibitâ per aromata, si qua opus, correctione. Sic mutationes pro necessitate ferendæ feruntur facilius, & noxiæ qualitatis alimenta sæpe redduntur innoxia, secundum illud Hippocraticum: τὰ ἔκ πολλῶν
τελέσθεα, καὶ οὐ οὐχίων, τῶν οὐ-
τελέσθων οὐδὲν εἰσιθε. Con-
sueta multo tempore, etiam si dete-
riora fuerint, in consuetis minus
molestare solent, 2. apb. 50.

Ratione Temporis sive quanti-
tatis discretæ, consuetudini pari-
ter

ter ac temperamento obsequendum. Consuetum tempus subito temerè mutatur. Bis igitur de die cibo refici soliti, dum & sanitati & negotiis convenienter agunt, consuetudinem non mutant, nisi etiam constitutionis propriæ mutationem timere velint. Gracilioribus tamen nonnulli sæpe, at parum unâ vice, comedere usui esse contendunt. Dantur alii, qui sæpius per diem ventriculum infarciunt, eum in finem, ut formam sibi concilient speciosam ac amœnam, sed id sæpiissimè efficiunt, ut tabe conficiantur, seque formæ amœnitatem pristinâ defraudent. Nec id mirum, quem enim fugit à superfluitate assumtorum abundantiam serositatum, ab hac caloris ac

coloris mutationem, temporisque successu nutritionis depravationem oriri? Noctu alias coctio, interdiu distributio melius perficitur.

Ratione Ordinis in id incumbendum , ut lubricantia præmittantur : strictoriâ vi prædita agmen claudant. Sic præcaventur obstructions, febres, aliaque mala, nervoso generi periculum minantia. Quibus tamen alvus ultra debitum aperta, ordine inverso uti convenit. Nec me in hâc sententiâ terret experientia anatomica , quæ cibos in ventriculis multorum animalium sine ordine positos demonstravit. Sicciores cibos potus interstitio irrigandos jubet fermentatio , quæ in humido

do

do, quām sicco, negotio promo-
vetur faciliori.

Potulenta fortiora, qualia sunt
vina Hispanica , ex Italicis quæ-
dam , præprimis Neapolitana alia-
que quibusdam aquâ diluere in-
usu. Num id Literatis proficuum,
dispicere lubet.

Minus salubre id esse evincere
videtur aquarum cruditas , quæ
aptata nata iad coctionem ventricu-
li & fermentationem retardan-
dam : 1. imbecillitatem progene-
randam : 3. spirituum agilitatem
sufflaminandam , Literatis maximè
necessariam.

Hæc tamen obstacula firma ad-
eò non sunt , ut affirmantium viæ
insistenti resistere possint. Non in-
ficias eundum , aquis cruditatem
inesse , ob quam liberius sumtæ

ven-

DE DIAETA LITERATORVM. 43

ventriculi tonum laxant, & fermento ejus prius obtuso & ener-
vato fermentationem naturalem
impediunt. Ast forti vino com-
mista aqua constituit misturam
gratissimam, cruditasque aquæ
corrigitur activitate vini exceden-
te, ut duo hæc juncta coctionem
magis promovere possint, quam
alterutrum sumtum liberius. Hinc
*Excell. Dn. D. Tackius Chrysog. sive
animal. & mineral. p. m. 99.* Di-
lutum, *inquit*, aquâ merum, ut
antiquis præferri cœpit: Sic dolen-
dum hodierno nostro seculo id
ipsum in mortalium detrimentum
evilescere cœpisse, cum sic nocitu-
ri spiritus frangantur, fæculentiæ-
que terrestres rectius ad ureteres,
mediante lymphâ, deducantur, ne-
que tâm cito coagulationi spiritus

vini

vini pareat, si sit temperatus. Notū enim est, quām subito coaguletur vini spiritus subtilissimus, correptus à spiritu urinæ. Vnde sabulum, coagulationes sanguinis, calculi, obstruktiones, affectus scorbutici, putredines, empyemata & abscessus, sensuum torpores, motus imbecillitates & tandem repentina abolitio principum facultatum.

Quando igitur aqua (2) imbecillitatem generare dicitur, id de aquâ interpretandum venit simpli- ci, & quidem liberius justo sumtâ. Vino infusa fortiori vires ventriculi ita tutatur, ut vini aculeos ferre possit innocuos. Mihi procul dubio assensum præbent, qui Baccho ultra debitum litârunt, ardoremque ventriculi è vino fortiori contra-

traxerunt. Restinguere hunc tentant aquæ potu, & sanè negotium ita succedit, ut scripto metrico gratum erga aquam animum testandum existiment. Rationi non dissona hæc videtur cura ; spicula namque, quæ vinum ventriculo non minus, quam toti corpori destinat, retorquentur & aquæ immittuntur, quæ in modicâ quantitate assumta sic quodanmodo subtilisatur, & cruditatem, quam naturâ suâ habebat, amittit, reliquisque humoribus amicè consociatur, modò pro circumstantiarum ratione quies loco idoneo haustum excipiat jucunda.

Nec (3) spirituum agilitas patitur nocumentum, modò non ipsum vinum sit ὄλιγο Φόρος, & ob aquositatem excedentem aquæ parum

s. Notū
guletur
corre-
fabu-
is, cal-
corbu-
& ab-
, mo-
repren-
aculta-

mbe-
id de
impli-
sumtâ.
tricu-
ferre
ul du-
accho
rem-
con-
tra-

rum vel nihil ferat. Potius remora ipsis advenit ex usu vini meraci. Hoc primâ fronte à veritate alienum cuidam videri posset, ob spirituosas & ad motum promtissimas vini particulas. Qui verò manu chimicâ tractavit vinum, facile fatebitur, illud non tantum spiritu subtili, penetrante ac confortante turgere, sed tartareâ, salinâ ac sulphureâ, narcoticâque substantiâ, spiritibus, adeoque Literatorum actionibus, modo peculiari infensâ. Hanc affusio aquæ modica diluit, temperat, sicque impedit, quò minus facultates narcoticæ spirituum agilitati resistere possint.

Sunt etiam aliæ vini correctiones in usu, per *succos acidos citriorum, limonum & aurantiorum,* quæ

quæ ut tutæ sunt ac jucundæ; sic
meritò commendandæ.

Cum in præparatione alimen-
torum etiam respectus persona-
rum sit habendus, capiti huic an-
nectere lubet præceptum *Pansæ*, iis
fortasse, qui in Academiis vivunt,
non insuper habendum. Coqua, *in-*
quit p.m.128.lib.de pror.vit. sit lepi-
da, formosa, non austera, sed gra-
tiosa, non annis pannisque obsi-
ta, ad cuius in mentem revoca-
tionem nonnulli in vomitus pe-
riculosos incidere solent. Omnis
spurcites invisa nostræ naturæ. At
quænam hæc mundities, si coquæ
foco adstantes de pulicibus capi-
endis sint solicitæ? Cujusmodi
bestiolas sæpe tanto inseguuntur
ardore, ut istæ præ nimio terro-
re de fugâ sibi prospicere, & cha-
rybdin

rybdin devitare volentes in Scyl-
lam incident, & jusculis quando-
que immersæ pereant. Quis non
abhorreat ejusmodi sordidas ve-
natrixes, ad sues ablegandas?

SECTIO III.

Sistit τὰ πρατήμενα.

CAPVT I.

*De somno Literato-
rum.*

Somnum ac vigilias moderatè
se habentia ad corporis non-
minus, quam animi functiones
pondus afferre maximum, experi-
entia quotidiana loquitur. Sed ut
πᾶν τὸ πολὺ τῇ φίσῃ πολέμου, o-

mne

mne nimium natura inimicum, ita & somnus ac vigiliæ, utraque modum excedentia mala sunt, 2. aphor. 3. Somno nimio qui dediti sunt Literati, humoribus pituitosis replentur, mentis aciem amittunt, memoriâ privantur, stuporeque ac segnitie obruuntur. Somnus refectioni necessarius est, hunc tamen si per dies & noctes continues, mors erit, eleganter ait *Seneca l. de T. A. p. 333.* Vigiliis contra indulgentes immoderatis primò patiuntur affectus jam recensitis contrariam faciem repræsentantes, tempore verò subsequente iisdem redduntur obnoxii. Ratio videtur esse, quod continuis vigiliis nimis agitantur spiritus animales, qui affectuum calidorum sic agitati ut plurimum

C

cau-

cyl-
ndo-
non
ve-
ratè
on-
ones
peri-
d ut
, o-
mne

causa existere solent. Cum verò fermentatione & agitatione hāc præternaturali particulæ in humoribus activæ sensim ac sensim evolent, sanguis vappescere quasi adque constitutionem frigidam disponi incipit. Hæc ut præcavantur, somnus Literati sit, (1) moderatus, (2) nocturnus, (3) non statim à cœnâ capiatur, (4) decubitu fiat convenienti.

Somnus (1) moderatus tunc est, quando durat ad coctionem absolutam, viriumque reparacionem. Idque in mediæ ætatis literatis communiter septem, octo aut novem, horis contingere statuitur. Septem horas nonnulli præcisè determinant; Sed limitatione omnino opus est, & distinctione inter ventriculi coquendum tis

DE DIAETA LITERATORVM. si
tis & alimenti coquendi constitu-
tionem ac qualitatem. Imbecillita-
te ventriculi quâdam laborantibus
dormiendi terminus longior con-
stituendus, id quod à *Celso* appro-
batur *lib. i. c. 2.* Qui benè conco-
xit, manè tutò surget: qui parum,
quiescere debet; &, si manè sur-
gerandi necessitas fuerit, redormi-
re: qui non concoxit, ex toto
quiescere, ac neq. e labore se, ne-
que exercitationi, neque negotio
credere. Etiam alimenti tum
major quantitas, tum quoque cru-
ditas somno longiori uti, plumis-
que calentibus diutius solito in-
hærere jubet, si quis per diem
studiis suis idoneus vivere velit.
Aurora musis amica, sed salvo cor-
poris debito. Non defraudan-
dum est corpus quiete, ut vigilet

C z

ani-

animus; danda est remissio animo,
ut corpus melius & alacrius à quie-
te surgat.

II. Nocturnum diurno præfe-
rendum dictitat (1) noctis suave
silentium, quo sit, ut sensus minus
irritentur objectis. (2) Vmbræ no-
cturnæ, quæ idem præstant. (3)
Constitutio aëris frigidior, quâ po-
ri clauduntur, viscerum coctiones
promoventur, ac amico vapore
cerebrum perfunditur.

Sæpe autem accidit, ut literatis
ob causas inevitabiles vigilando
nox sit transigenda, quo casu so-
mno horas matutinas dicare con-
venientius, quam pomeridianas.
Pejor somnus, ait *Cœus Prænot.* c. 9.
qui à tertiâ diei parte ad noctem
usque capit, quam qui matutino
tempore fit. Causæ autem assi-

gnan-

gnari solent: (1) Brevitas temporis inter prandium atque coenam. (2) Somni meridiani effectus molesti; Replet caput vaporibus, sensus stupidos reddit, fluxiones concitat, corpus quasi ἐφθύγελιxatum atque turgidulum reddit. (3) Fit contra τὸ συνηθὲς καλὰ Φύσι. Interdiu spiritus atque calor ad aërem lucidiorem movetur sponte, quem somnus cogit viscera sua repetere. Inde fit, ut hinc inde distractus, ac corpus ipsum turbetur.

Vid. B. Rolfincius Ord. ♂ method. comm. l. 2. Secd. III. c. 54. p. 125. Non nocet verò adeò somnus meridianus, sed confert potius 1. debilioribus causariis, 2. siccioribus, & salinis humoribus pollutibus naturis, 3. qui debili sunt ventriculo ex coctionis defectu, præsertim

si consuetudo, ætas & alia id permittant. Nocturnum verò somnum commendamus literatis non solùm, quatenus opponitur diurno, sed & vigiliis & lucubrationibus nocturnis. Olent lucernam sæpe scripta, sed corpus à Pallade pallorem mutuatur, à Minervâ hâc nocturnâ minuuntur nervi: Non vim suam habet ventriculus, eleganter ait *Barclajus*, evocatio ad laborantis cerebri subsidium igne; non cerebrum, intempestivo solicitatum studio. Hinc mirum non est, quod bina potissimum literatorum peccata morbum eorundem familiarem, affectionem puta hypochondriacum, causant: lucubrationes & vita sedentaria.

III. Cœnam ac somnum minimum

mùm hora sejungat , ne actiones
animales , quibus literatus præ re-
liquis opus habet , obtundantur.
Ii quippe , qui à cœnâ statim somno
obrui solent , ut plurimum aliis he-
betiores deprehenduntur.

IV. Decubitu convenienti fiat.
Decubitus supinus quamvis maxi-
mè naturalis à non nemine statua-
tur , naturæque convenientissimus ,
tamen experientiæ , quæ sæpius no-
xiūm ipsum demonstravit , subscri-
bendum & rationibus ab anato-
miâ suppeditatis ad stipulandum.
In supino decubitu viscera infimè
ventris renibus magis incumbunt ,
sicque seri segregationem remora-
ri videntur. Deinde motu dia-
phragmatis , quod liberè moveri a-
mat , idem resistit. Somnum in-
dextro latere incipere ventriculi

C 4

stru-

per-
so-
eratis
nitur
ratio-
ucer-
à Pal-
iner-
ner-
ricu-
voca-
dium
pesti-
c mi-
otissi-
mor-
affe-
um ,
ta se-
nini-
num



structura quodammodo jubet, in eo quippe pylorus, per quem emit-
titur, quicquid coctum ad intestina
ablegandum. Quando chylus ex-
iisse præsumitur, consultum est
decubitum mutare, laterique sini-
stro innitendo somnum ad auro-
ram usque continuare, quo abso-
luto ad priorem redire decubitum,
ut non longius incumbendo late-
ri uni comprimentur nervi.

Somno provocando confert
emulsio sequens:

R. amygdalor. dulc. ambros.

excort. 3*B.*

sem. papav. albi 3*ij.* melon.

lactuc. a. 3*j.*

▽ viol. nymphæ, lactuc.

a. 3*ij B.* F. emulsio,
percol. edulc.

ftr.

sir. papav. simpl. q. s. ad gra-
tiam. S. Schlafmildb.

Lotio pedum itidem cum fru-
ctu adhibetur è sequentibus
parata :

Rx. fol. lactuc. salic. origan. a. mij.
flor. chamomel. nymphae. a. mij.
rad. altbae , asari benè olentis
a. ʒj.

summ. anetbi mij.

capit. papav. n.x. Incis.D.ad Ch.
S. Species zum Fußbade.

C A P V T II.

De motu.

Motus corporis Jonstone Lib. I.
 tit. 2. c. 2. Syntagma. Med. est
 ejus per varias exercitationes ac
 labores commotio. Hunc inter-

, in
 mit-
 tina
 ex-
 est
 sini-
 aro-
 bfo-
 uni,
 ate-
 nfert

lon.

fir.



res alias maximè utiles summe-
que necessarias, ad humani cor-
poris integrum sanamque consti-
tutionem conservandam , pluri-
masque ejusdem languores ac in-
firmitates præcavendas,in quas a-
liàs homo ex nimio otio ac quie-
te facilè præcipitaretur , sibi pri-
mum locum vendicare ait *Quer-*
cetanus Diet. polyb. c. 11. f. 2. Co-
gitet igitur literatus, quòd non
possit sanus manere, licet edat be-
nè, nisi & moveatur, juxta *Hipp.*
l. 1. de diet. quod ipsum præce-
ptum est *Syracidae c. 32. v. 27.*

Vt verò & hujus usus legitimus
appareat, quantitatem ejus, quam
vulgo ad sudorem incipientem
corporisque rubedinem intume-
scentem extendunt, examinandam
sumo.

Su-

Sudor autem incipiens corporisque rubedo intumescens non in omnibus eodem modo obtinetur, varianda hinc exercitia (1) pro Temporum, (2) Locorum, (3) Subiectorum varietate.

I. Quoad Temporum varietatem (1) Vernal, autumnale atque hybernum exercitia exigunt longiora, quam aestivum. Hoc enim facilè sanguinem aliosque humores parte subtili ac spirituosâ privat, ut corporis amica fermentatio cessare incipiat, aliaque succedit austera, damnosa, totique œconomiae contraria. Quid igitur mirum, si post longiorem pilæ lusum aestatis tempore aestuante quis obruatur lassitudine insolitâ, appetitu prostrato, atque incendio circa præcordia molestis-

simo. (2) Si partes diei respiciantur, hora matutina à quibusdam modicæ commotioni dicitur. Nec male; excrementa enim ad excretionem moventur. (3) Demum tempus pastum præcedens optimo jure motui commodissimum pronunciatur, & quæ motui commoda adscribuntur, maximam partem intelligenda, veniunt de ciborum assumptionem præcedente. Mos igitur in Academiis est laudatissimus, quo exercitia saltatoria, gladiatoria, aliaque horis pastum præcedentibus à Literatis assignantur.

II. Locorum varietas impedit, quod minus eadem commotio eidem subjecto emolumento esse possit. Loca calidiora igitur cum rarefaciendi vi polleant, tempe-

ries

2

DE DIAETA LITERATORVM. 61
ries calida ac salina diu id tolera-
re nequit, ni quis depleri velit
spirituosâ atque activâ corporis
substantiâ. Frigidis contra in ca-
lidis locis exerceri conducibile.
Humidiora corpora cum emolu-
mento majori moventur ibi, ubi
calidus & siccus aër dominatur,
tunc enim eò magis corporis hæc
exercitatio redundantem in toto
corpore serosam humiditatem
absumit, quæ verba sunt *Pisonis*
de morb. ex serof. colluv. p. 13. Quæ
igitur loca Orientem spectant,
temperamentis humidis eligenda
ad exercendum; Calidis, quæ Se-
ptentriōnem, sub umbrâ & arbo-
ribus odoriferis. Breviter: Loca
aërem contineant cuivis propor-
tionatum.

III. Varianda exercitia pro Sub-

C 8

je-

jectorum varietate. Literati, pro-
ut superius dictum, diversæ for-
tis sunt ac conditionis, omnes ta-
men, si sanitatem integrâ frui a-
ment, corpora movere tempore
justo debent ac ventilare. Etenim
quilibet

*Cernit, ut ignavum corrumpant
otia corpus,
ut capiant vitium, ni move-
antur, aquæ.*

Lautioris qui fortis sunt, hincque
pleniore ac lautiore victu utun-
tur, ante cœnæ ac prandii assump-
tionem cum ιυΦορίᾳ ad sudorem
incipientem & ruborem exercen-
tur, iis præprimis locis, ubi aëris
nocivi accessus, ut in sphæristeriis
quodammodo fit, excluditur. Sic
pituitosi ac frigidi humores in
ventriculo rarefiunt, qui efficie-
bant,

bant, quò minùs appetitus stimuli sentirentur. Tenui contravictu qui contenti vivere coguntur, supersedere omnino motu vehementiori possunt, iisque ad appetitus excitationem deambulatio modica sufficit. Hi ludibrio se exponunt non injucundo, quando, cur exercitiis saltatoriis aliisque sumtuosis nummos consecrent, quæsiti respondent, ut appetitum ventriculi excitent. Quid opus oleum camino?

Omnia hæc fiant moderatè. Non urgeatur nimis corpus exercitiis, ubi creber anbelitus artus, aridaque ora quatit, sudor fluit undique rivis. Nec, si fortè paulò largius incaluerit, æstuans exponatur aëri frigido, quod Cardanus l. 13. de rer. variet. cap. 63. inter in-

pro-
for-
es ta-
ui a-
pore
enim
vant
ope-
cque
utun-
sum-
orem
rcen-
aëris
teriis
. Sic
s in
ficie-
vant,

incommoda refert, quæ maximam partem humani generis tollunt, quod pluribus probare hujus non est loci.

CAPVT II.

*Circa animi tabupudia
versatur.*

Nullus oritur affectus, qui non cum sanguine spiritus afficiat. Aut enim rarefacit, aut condensat. Præterea amor, ira, gaudium. Posterius tristitia, timor, desperatio. Sanitas autem magis in principiorum nostrorum rarefactione, quam condensacione consistit. E quo fluit, Literatos, quibus condensatio turbidos

ac opacos spiritus, operationibus intellectus minimè faventes, gignit, nonnunquam amare, irasci, gaudere cum sanitatis emolumento. Pituitosis atque cachecticis etiam *Hippocrates* 2. *Epid.* 4. t. 24. iram commendat: Πηγόδειν ζευθυμίων ευπολεῖν καὶ χράματος αἰδηψός ἐνεκα καὶ εγχυμώσεος. Diligentia adhibenda est, ut ex慷慨 descentia inducatur, & coloris reparandi, & sanguinis in vasa subter cuticulam colligendi gratia. Iisdem sic affectis gaudium & amorem proficuum esse, è naturâ eorum colligere licet. Æmulantur facultatem alimentorum, & medicamentorum, quæ partium tenuium sunt, viresque classiora subtilisandi ac volatilisandi obtinent. Moderate igitur si iis Literatus indul-

dulgeat, nutritionem inde sentiet
suavissimam, nec excessuum peri-
cula ipsi sunt timenda à *Querceta-*
nō in Di&e. polyb. enumerata. De
moderandis autem affectibus *Car-*
tesius p. i. Epist. 24. sic loquitur: Scio
equidem impossibile ferè esse pri-
mis, quos nova in nobis infortu-
nia excitant, tumultibus resistere,
quin imò optimorum sæpe inge-
niorum affectus quam maximè
violentos esse, inque illorum cor-
pus vehementissime agere. Sed
seuenti die, sedatâ per somnum
commotione, quam ejusmodi ca-
sus in sanguine excitant, mihi vi-
detur posse quemlibet animo com-
ponendo & tranquillando tum de-
mum operam dare; quod fit in-
cumbendo considerationi emolu-
mentorum omnium, quæ nobis ex

eo

eo accedere possunt, quod ut magnum malum pridie respectabamus, nostramque à malis, quæ in eo imaginati fueramus, attentio-
nem avocando.

*Quid Musica in excitandis ac di-
versimodè formandis animi com-
motionibus valeat, in aprico est.
Hæc mentem componit: curas ac
tristitiam pellit: labores lenit:
Spiritus recreat ac
excitat.*

SE-

SECTIO IV.

'Εκκενόμητα proponit.

CAPVT I.

*De prime coctionis recre-
mentis.*

Qui benè ingerit ac digerit, nec
tamen benè egerit, sanus de-
gere nequit, ut supra laudatus *Ex-
cellentissimus D. PRAESES* in le-
ctionibus publicis nervosè nos do-
cuit. Ratio est, quia cibus ac po-
tus, ut & aër, non in totum corpo-
ris nostri membris adsimilantur,
sed subtiliores saltem particulæ.
Terrestriores ac calori nostro co-
quen-

quenti ac digerenti præpotentes natura stimulata foras protrudere laborat. Hinc pro excrementis, tam primæ quam secundæ ac tertiae coctionis, emunctoria ac foramina struxit varia, quorum in supremâ cavitate septem, in insimâ duo numerantur. His & pori accessendi, de quibus *Bartolinus* & *Scbenkius*.

Quod primæ coctionis recrementa, quæ per alvum natura ejicit, spectat, peccant ea vel ultra tempus retenta, vel ante tempus excreta. Prius si accidat, Literatis incommoditates plurimæ oriri possunt. Inde nimirum caput vaporibus tentatur, universum corpus ingravescit, ventriculi coctio impeditur & appetitus dejicitur, lumbi imbecilles redundunt.

duntur, ut habet Jonston. *Syntagma Med. univ. lib. V. tit. III. cap. 2. art. 3.* Igitur Horstii consilium hīc locum meretur, quo excretiones quotidiē promovendas p̄fācipit, quod etiam natura provida facere laborat, quando temperantiae studium, causas morborum mīrè p̄cavens, colitur, dum assumta in debitā proportione ita immutantur ac fermentantur, ut homogenea vi caloris nativi partium nutritioni ac conservationi serviant, heterogenea verò per consueta naturae loca, vi facultatis excreticis, secerhantur. At verò cum s̄p̄ius intemperantiae, Medicorum nutriculæ, litetur, multi saltem neutralitate sanitatis contenti esse coguntur, & s̄p̄e alvi obstructionibus aliisque in-

incommoditatibus obnoxii redunduntur. Hinc ut temperantes natura; sic intemperantes ars juvare debet, inque fæcibus ultra tempus retentis inter alia *Solenandri* linimentum commendatur, cuius descriptio hæc est.

Rx 80 amygd. dulc. recent. pingued. anser. butyr. maj.

unguent. dialtb. a. 3IV.

colocynthb. gr. XVI. Θεj. β.

specier. bier. simpl. Θj.

dacryd. gr. IV.

M. F. l. a. ungu. adi llinendum
umbilicum.

Solet etiam cum fructu $\text{\textcircled{P}}$ ri essentia cum $\text{\textcircled{S}}$ alcolisato extracta, & in leni calore ad justam consistentiam redacta, ad guttas X. vel XV. in haustu vini singulis diebus, ve-
sper-

agm.
ap. 2.
lium.
xcre-
s præ-
ovida
mpe-
orum
n as-
ne ita
ar, ut
par-
ationi
per
ulta-
At
ntiæ,
etur,
unita-
& fæ-
que
in-

speri à cœna exhibitâ in alvi fæcibus movendis commendari.

*Prunorum decoctum & suavitate & operandi promptitudine multa superat, maximè, si ei adjiciantur grana aliquot *dacryd. fol. Senn.* *Alexandr. Crystall. ac Cremor Ftri.* Pastui præmittendum hoc est, sic alvum servat apertam, viresque adstringentium, si quæ assumantur, maximè obtundit.*

Quibus vina arrident medicata, ii tempore verno *flores acaciæ nostratis* colligant, ut ad vindemiæ tempus reservatis vinum recens affundere, & fermentationi committere possint. Paradigma potest esse sequens:

R. vini opt. recent. cantb. LX.

flor. acac. nost. m. XVI.

pass. min. II. B.

prun.

DE DIAETA LITERATORVM. 7

prun. Damasc. fls. ij.

cinnam. fæniculi. a. 5ij.

Omnia hæc dolio committantur
& ad macerandum in cella repo-
nantur. Vbi per mensem hæc
mista steterunt, vinum viribus im-
prægnatur tum alterandi, tum al-
vum egregiè laxandi, ut manè, al-
ternis diebus, modicè potum ob-
structionibus varii generis resistat.
Quibus cerevisia vino substituen-
da est, in cerevisiæ laxandi vîres
conciliare possunt summitatibus
centaurii min. fumariæ, meliss. se-
nâ Alexandr. rad. polypodii, gis-
lap. & similibus.

Quos pilularis forma delectat,
assumere possunt pilulas Aquapen-
dentis, paratas ex aloë rosatâ, ante
cœnam. Primas evacuant vias,
& viscera roborant sine noxâ, quæ

D succo

succo rosarum emendatur. Quod si exaltatio virtutis harum pilularum optetur, *decocto* fol. *sen.* *Alexand.* *pancbymag.* *Croll.* *dacryd.* *trocobiscis* *Albandal* id præstatur. Sic in sphæram activitatis sublimiorēm locatæ in dosi minori, duorum triumve granorum pondere felicius & quidem sine norâ operantur. In usu possunt esse & aliæ consimiles menstruo accommodo ad aloës extractionem adhibito, quo nomine *Francofurtenſes*, *Glaſſianæ*, *Nobiliss.* **D. PRÆSIDIS,** *Præceptoris* mei submissâ obseruantia prosequendi, & ex magis compositis marocostinæ, vel etiam **Feæ** *Quercetani*, *Bontii*, *Schröderi* vulgato sunt in usu, assumenda semel vel bis, pro di-

scri-

Quod scrimine circumstantiarum, in septimanâ.

E contrario, quando alimenta ante tempus excernuntur, videntur, num causa adscribenda assumptis alimentis, an visceribus consequentibus, an venarum lactearum obstructioni. Si assumta in causâ, mutanda sunt, eorumque loco assumenda facilioris digestionis alimenta. Si viscera debilitata, confert usus $\omega\Theta lis \oplus li$ ad gutt. 6. vel 8. ante pastum sumti, theriaca, mistura simplex, elixir proprietatis s. & antiscorbuticum, essentia ligni aloëes, & absinthiacæ, decoctum carline. De posteriori notari meretur, quod voto in diversis subjectis ita responderit, ut ultrà expectationem ab usu ejus viscera pristinæ constitutioni

fuerint restituta. Idem locum
habet, quando viæ lacteæ obstru-
ctæ chylum præterlabi patiuntur,
cum aperiendi vi polleat eximiâ.
Eundem in finem commendandæ
etiam sunt radices aperientes gra-
minis, rubiae, eryngii, capparis, o-
nonidis, apii, fœniculi, asparagi,
petroselini, rufci, tinctura ligni
sassafras ejusque decoctum.

CAPVT II.

*De secundæ coctionis recre-
mentis agit.*

Secundæ coctionis, quæ à vete-
ribus in hepare, à recentioribus
rectius in corde ac toto sanguine
fieri statuitur, excrements varia-
ob-

obſervantur. Horum famosiora
ſunt Serofum per renes; bilioſum,
per porum cholidochum excre-
tum.

Vtrumque niſi tempore iusto
excernatur, turbas dare potest mo-
leſtissimas. Qui autem ſibi hic
consultum cupit, atque feroforum
excretionem promotam, id ope-
ram det, ut alimentis admisceantur
diuretica, quibus urinæ excretio
juvetur, variorumque malorum
genesis præcaveatur, talia ſunt præ-
ter radices aperientes dictas, ſemen
anisi, fæniculi, chærefol. bacca jū-
niperi, nux moscbata, amygdala
amara, nuclei persicorum, aqua
deſtillata cinnam. cubeb. cardam.
ſal, medicamenta ♂rea. A
quibusdam butyrum non ſalitum
recens. jejuno ſtomacho nucis ca-

stanteæ quantitate quotidiè sum-
tum vias urinarias laxare , ad urinæ
secretionem inservire, ac fabulum
calculi futuri tollere , dicitur.

Ne ductus bilarius obstruatur,
usus radicum aperientium itidem
præcavet , specificè *Rhabarb.* ejus-
que extractum , anima , essentia
& pilule apertum tenent cholido-
chum. Nec cerevisia medicata,
de quâ paulò ante , favet ejusmo-
di obstructioni , quin potius quo-
tidianus usus laudabilem crasim
partibus conciliat internis.

His liquorem pancreaticum
annecterem , nisi autores in ejus
origine deducendâ diversas fove-
rent sententias. Sapore se prodit
multiplici ; modò acido , modò
dulci , modò insipido , modò ama-
ro ,

ro, sicque ansam dubitandi multis præbet, an ad chylosam, biliosam aut lymphaticam naturam accedat.

Si obstructio hujus præsens præsumatur, medicamenta laxantia, capite præcedente descripta, non sine fructu in usum vocantur. Vomitoria quoque indicacioni hujusmodi satisfaciunt, cum Literati præ reliquis hypochondriorum obstructionibus reddantur obnoxii, & vomitoria eorundem evacuationi inter alia apprimè destinata sint.

Fluxus hæmorrhoidum commodius huc refertur & rite habens à multis præservat morbis. Aperiuntur autem vasa hæmorrhoidalia in quibusdam quarto quo-

sum-
urinæ
olum

uatur,
tidem
ejus-
ntia
olido-
dicata,
usmo-
s quo-
rassim

icum
n ejus
fove-
prodit
modò
ama-
ro,

quoque anno, in aliis singulis annis, ut notat *Rondeletius cap. 23. meth. cur. morb. lib. 3.* In aliis multò frequentius. Fluxus eorum nimius secundum *laudatum Autorem* sistitur sanguinis missione è brachio, medicamentis repellentibus, sympatheticis, abstinentiâ: Promovetur internè aloëticis, exterius foliis ficuum aut panno laneo sedi affricatis.

Spirituosum excrementum, fuliginosum vulgò dictum, quod per pulmones emitti solet, commodissimè promovetur exercitiis moderate institutis.

CA-

CAPVT III.

*De tertiae coctionis recre-
mentis.*

Neque tertiae coctionis, quæ singulis partibus relicta, insuper sunt habenda recrementa. Et qui eorum rite separandorum curam gerit, non minus sanitati, quam munditiei studet. A *Sennero* duplex illud statuitur, crassum ac tenuem.

Crassum sunt impuritates per cutem dispersæ, & indumentis eam ambientibus inhærentes, nec non aurium, oculorum, narium ac dentium sordes; Tenuem, quod per *αδηλον διαπνον* è poris evolat,

D 5

vel

is an-
ap. 23.
aliis
s eo-
latum
nissio-
is re-
absti-
nè a-
n aut
fuli-
d per
nmo-
rcitiis

A-

vel sensibiliter per sudores emanat. Vtrumque debitam requirit separationem.

Illud tollendum (1) balneorum usu convenienti, (2) crebrâ indu-
mentorum mutatione, (3) auri-
scalpiis, (4) matutinis oris ac faciei
collutionibus, (5) motu mode-
rato.

Hujus sive tenuioris sequestratio-
nem promovent frictiones cor-
porisque exercitia, loco propor-
tionato instituta. Sic pori aperi-
untur ac principiorum nostrorum
mutuo colluctantium superflui-
tates subtiliores facilius egredun-
tur. Sudores in subjectis dispo-
sitis promoveri possunt Rob. juniperi,
sambuti, Ω juniperi, samb.
mist. simpl. Bezoard. mineral. ad

gr

gr. VI. & VIII. *Cornu cervi ust.*
Philosoph. preparat. &c. Si cutis
adstrictior secretionem impedit,
Horstius jubet non modò lecto-
rum tegumentis circa solis ortum
sudores adjuvare , sed balneis
etiam moderatis aquæ dulcis,
tempore justo adhibitis, cutim
adstrictiorem attenuare ac hu-
mectare, sicque habitum corpo-
ris musculosum à ferosorum co-
piâ liberare.

Non silenda Venerea excretio
speciei non modò, sed etiam sani-
tatis causa constituta. Quæ an
ad secundam coctionem, an ad
tertiam referenda sit, mihi deci-
dendum hac vice non sumo.

Sanguinis activa principia ita hîc
exaltata esse videntur, ut semen
non

emina-
quirit
orum
indu-
auri-
faciei
node-
ratio-
cor-
opor-
peri-
orum
rflui-
diun-
ispo-
uni-
amb.
. ad
gr

non immeritò in Elixirem quasi nobilissimum abiisse cum *Willisio* dicendum sit. Naturalis hujus constitutio mirè sanguinem, imò totum corpus afficit. Vivido qua-
si fermento sanguinem impræ-
gnat, ut volatilisetur optimè, to-
tumque corpus suffundatur colo-
re amoenissimo non tantum, sed
& calore ac virium robore ex-
optato. Circa hujus igitur ex-
cretionem quædam veniunt no-
tanda. Ii, quibus fœdera matri-
monii sacra

--- Veneris decerpere fructus
permittunt, decerpant (i) præ a-
liis ii, qui calido ac humido sunt
temperamento, succulento ac o-
ptimo corporis habitu constan-
tes.

2

tes. Hos benè jubet sperare κλι-
νοπάλη, monente *B. Rolfincio.* (2)
Partâ seu moderatâ manu decer-
pant, quod est præceptum *Ægine-*
tæ: l. 1. c. 35. τὰς σφραγίδας ἔπιθυ-
μίας γόνη ἐπανεῖ, ἀλλὰ κελύω πό-
πλέον αὐτέχειν, καὶ μάλιστα εἰς νοοη-
μάντισιν. Conjugatsi ter in hebdo-
made *Campanella* concedit, non
conjugatis semel in mense, nisi re-
ligio obstaret. Videtur tamen
autor dictus justo liberalior erga
conjugatos, præprimis non opti-
mè nutritos. Sæpius citatus *D.*
Rolfincius Method. ὥστε ἐγένετο lib.
14. sect. 7. rectius prudentiâ ait
congressus moderandos esse, eo-
que allaborandum, ne vires capi-
ant detrimentum. Addi potest,
ne forma externa patiatur jactu-
ram. **Canities, calvities, coloris**

S E C T I O V.

C A P U T V N I C V M.

*Περιέχοντα breviter
 examinat.*

Huc aër ambiens , balnea at-
 que vestitus spectant. De
 aëre superius , & quibus ibi quali-
 tatis agit , iisdem agit & hic lo-
 ci , notatâ saltem differentiâ , quod
 ibi inspirando ; hîc verò ambien-
 do.

Balnea non sunt promiscuè u-
 surpanda. Iis , qui gracilioris na-
 turæ sunt , ac plus de saline de-

Freo

Freo participant principio , quām de reliquis , *Fonstonus* præcipit aquæ tepidæ balneum. Hoc modacitatem ac humorum acrimoniā temperat , munditiemque procurat.

Frigida contrà aqua poros constringit , nec quicquam effluere sinit. Calorem ac Spiritus ad interiora repellit , quemadmodum videmus tempore hyberno vinum dolio inclusum circa latera dolii congelatum , in medio verò vinum contineri spirituosissimum. Ex hypothesi hac videtur balneum aquæ frigidæ internarum partium obstructionibus convenire , si conjunctum sit cum agitatione membrorum. Vires ac subtiliores particulæ frigiditatem aquæ in bal-

balneo frigido fugientes petunt
interiora , unitæ hinc fortiores
sunt , viasque obstructas facilius
pervadunt , quàm hinc inde per
membra dispersæ.

Plethoricis , cacochymicis , ca-
tarrhosis , aut planè nullus , aut
admodum parcus balneorum u-
sus concedendus ; Inflammationi
ac erysipelati obnoxiis interdi-
cendus.

In *Vestitu* eò respiciendum, ut
corpus ab aëris injuriâ defendan-
tur, eique libera perspiratio con-
servetur. Habent insuper vestes
eam commoditatem, quod sæpius
mutatæ fordes cutis auferant, per-
spirationemque promoteant. Qui
corpus junceum reddere vestibus
laborant arctioribus , malè sibi

con-

consulunt, quomodo enim pulmonum motui reciproco & sanguinis circulari reservent libertatem, non video. Arctiora induimenta nec respirationi, nec sanguinis circulationi favent, Laxiora præferenda. Utque gratum & confortantem odorem spirent, in vestiariis poma odorifera, pulveres odorati è *cypere, iride Florent. ambrâ, moschô* aliisque compositi reponendi sunt.

Iidem pulveres, cyprii dicti, capiti inspersi & capillamentis, siccant, spirituumque animalium vires insigniter corroborant.

Qui cucupho esse cerebri corroborationem intendunt, possunt uti sequenti vel aliâ formula.

R. rad.

tunt
ores
ilius
per

ca-
aut
n u-
tioni
erdi-

n, ut
enda-
con-
vestes
xpius
, per-
. Qui
tibus
e sibi
con-

R. rad. irid. Flor. cyp. rot. a. 3ij.
 lign. Rod. 3ij. xyloaloës. 3j.
 fol. salviæ. rorismar. a. m^ß.
 summ. stæcb. Arab. No. V.
 flor. lilior. convall. lavend. a. p. ij.
 sem. coriand. basilic. a. 3ij.
 cinnam. cubeb. gumm. benzoës,
 styrac. cal. succin. masticb. a. 3ij.
 trocb. gall. moscb. 3j. Incisa g. m.
 & contusa D. in Chartâ, exci-
 piantur mitrà , capiti coa-
 ptandâ.

Hinc pedem figens Lectorem Be-
 nevolum rogo, ut, quæ exercitii ergò
 ceusuræ ejus benevolæ hâc vice sub-
 jiciuntnr , candidè interpretetur , er-
 roribusque juvenilibus veniam
 concedat benevolam. Quin accu-
 ratius ac prolixius proponi potuis-
 sent , nemo dubitat: Verum

*Autumnus, quæ dat, non ver pro-
 ducit aestas.*

AD-

DE DIAETA LITERATORVM. 91

ADDITAMENTA.

PARADOXA.

L. B. S. P. D.

GEORG. WOLFFG. WEDELIVS.



um tertiatâ
vice eden-
da effet Dis-
sertatio hæc, dubita-
vimus quidem, mo-

re

3ij.
ij.
p. ij.

zoës,
· Eij.
g. m.
excis-
coa-

n Be-
ergò
sub-
, er-
am-
accu-
tuis-

A D-

re nostro, interpo-
la-
re hoc argumen-
tum; attamen non
possimus non par-
tim B. L. remittere,
ad declamationem
nostram de *intem-*
perie studiorum, quæ
præfationis titulum
subit Decadis tertiaræ
exercitationum me-
dico - Philologica-

rum

rum sacrarum &
profanarum, partim
ad complendum,
plagulæ spatiū, Pa-
radoxā quædam,,
diætam literatorum
unicè spectantia,
annectere.

PARA-

ola-
en-
ion
par-
re,
em
em-
quæ
um
tiæ
me-
ca-
rum

PARADOXON I.

*Quo magis urguntur
studia, eo minus profi-
ciunt.*

Non possunt enim eo
fervore continuari, quo
cœpta fuere, quin fatiscant
vires. Qui nisu majori dies
& noctes operantur studiis,
similes videntur illis, qui con-
tinuo cibum oggerunt nolen-
ti volenti ventriculo, nullâ
ad digestionem relictâ mo-

râ.



râ. Non satis est cœpisse be-
nè in literis , sed & p̄ergere
oportet , quomodo vero id
fieri potest, scrupulo injecto
in viâ ? Properati caloris
stimulis flores nulos ferunt
fructus. Hi vero sunt finis
studiorum , sine quibus fru-
stra sunt omnia. Tō χρόνῳ
tempore opus est, quod non
temerè licet antici-
pare.

PA-

I.
etur
fi-
eo
quo
scant
i dies
udiis,
con-
olen-
nullâ
mo-
râ.

PARADOXON II.

*Qui benè dormit,
benè studet.*

Mirum quantum delin-
quunt literis dediti, qui
vigilatas ex ordine ducunt
noctes, somnum capientes
non quantum debent, sed
quantum volunt. Verum
est, somno utendum, quæ
Ageſilai erat vox, non ut
ἀρχοντι, ut domino, uten-
dum tamen ut amico, ut re-
medio. Sufficienter dormi-
endum est, nil temerè de-
men-

mendum tam necessario pen-
so corporis. Sic vires repa-
rantur , sic sufficiunt spiri-
tus , aliàs brevi non ita suffe-
cturi.

PARADOXON III.

*Plenus venter studet
libenter.*

Vetus præceptum est Hip-
pocratis : ubi fames, ibi la-
borandum non est. Ast ani-
mi labor corporis laboribus
contra lassat, & remiges mo-
tus omnis spiritus depositit,
E qui,

qui, si genium defraudes, dupli-
cī mactantur plagā, face-
re, quæ velis, nec refici fo-
mentis debit is coacti. Fru-
stra hinc sunt, qui non tan-
tum ad stateram, ad demen-
sum, unciatim cibum & po-
tum vix suggesterunt corpori,
sed & in hoc momentum sa-
nitatis ponunt; qui uno pa-
stu contenti noctem quietam
& mentem magis serenam sibi
spondent ad studia, & vale-
tudinis integritatem scilicet.
Contra ea ferundo sunt one-
ri spiritus, & vires satis sup-
petunt, si nil deroges arma-
men-

mentario publico, nec commeatus desit.

PARADOXON IV.

*Otia non dant
vitia.*

Omiseros homines, qui nullum sibi concedunt otium, intempestivo labore prosequentes amœna sua Musarum studia! Ita verò non relinquitur sibi mens, nec eruit, quod poterat, sepulta in librorum evolutio-ne, intenta voluminibus, ad-

E 2 di-

s, du-
face-
i fo-
Fru-
tan-
men-
& po-
rpori,
m fa-
pa-
ietam
m sibi
vale-
clicet.
t one-
s sup-
arma-
men-

dicta laboribus, utut liberalibus. Melius longè faciunt, qui honesto otio abstrahunt se quandoque à studiis, qui libertatem ingenio permittunt, qui divertunt spiritus ad objecta alia quoque licita, speculantes divina opera, campos, sylvas, hortos, nec servilia sic reddunt sua officia. Hi sanè floridiores meditaciones concinnant, eaq; inveniunt otiosi, quæ negotiis librariis innexis non in mentem unquam venissent. Non ergò dant vitia hæc otia interpolata, non animo, qui inde
sc.

DE DIAETA LITERATORVM. 101
serenatur magis, non corpo-
ri, quod quietem amat.

PARADOXON V.

*Pluribus intentus
minor hanc ad singula
sensus.*

Varietas in omni genere
studiorum oblectamen-
to est. Capacissimus est hu-
manus animus, & æquè ob-
ruitur uno aliquo simplici
quasi objecto, quam pluri-
bus. Quin si ab hoc illo di-

E 3

ver-

erali-
unt,
nunt
, qui
mit-
ritus
lici-
era ,
, nec
fficia.
atio-
niunt
ariis
un-
ergò
rpo-
inde
sc.

vertatur paulo ad aliud, vegetior redit ad pristinos labores. Est & ob id polymathia necessaria & accommodata, ut quæ ad esse faciunt ab iis quæ ad benè esse distinguas quidem, sed eadem quoque jungas sibi. Hinc, quod dicebat ille, qui non est in singulis aliquid, in toto est nihil. Non debet adstringi vastitas studii cuiuslibet ad curtam suppellectilem, nec vastitate tamen terreri ingenia, sed demulceri potius ac deliniri sciendi avidissima.

PA-

PARADOXON VI.

*Venus non est inge-
nii memoriæve
pestis.*

Maximè damnata est
communiter cadem &
male audit apud literatos,
quasi & spiritus, & vires o-
mnes depauperet nimis, &
ausim dicere , vel ob hoc
quosdam minus ad τὰ ἀνό-
τα ferri, ut tanto magis sapi-
ant. Falluntur tamen ut il-
li, qui corpori substrahunt de-
bi-

E 4

bitum præbium ; ita & qui
ad sacra eleusinia plus justo
horrent. Est sua & veneri
vis ad suscitandos animos,,
modò cætera sint praia ; est
corpori suum superfluum,
quod huc redundat, & sphæ-
ram suam absol-
vit,

PA-

PARADOXON VII.

*Nec vita sedentaria,
nec stataria favet stu-
diis ac sanitati.*

Dum instar claudi suto-
ris incumbunt libris, nec
movent corpus, obtorpescent
spiritus ac humores vitales,
nec promovetur circulus de-
bitus, inde obstruções,
& lerna malorum. Id verò
proletarium est, & satis jam
notum. Remedium contra
hæc quæsitum pejus ferè est

causâ morbificâ, ipsâ vita
statariâ puta, lassans summè
universum corpus, nec tol-
lens culpam sedendo pro-
meritam. Vtrique peccant,
dum otio procul otiantur
tamen, & fatigando spiritus
lassant corpus, non sufficien-
tis utrisque ad continu-
andum usum.

PA-

PARADOXON IIX.

*Nulla diæta optima
est diæta.*

Solent literati strictiori se
alligare in omnibus com-
muniter diætæ, seu aërem
spectes ipsum, cui se vix &
rarius exponunt liberiori, seu
cibum & potum cumprimis,
seu alios ejusdem loculos. Il-
la verò ab antiquis dudum
reprobata est sapientibus,
Hippocrate, Celso, & univer-
so saniorum medicorum cho-

ro. Non debent sana corpora istis adalligari legibus,
& prospicere quidem sibi, ac
à juvantibus & nocentibus
captare prudentiam mode-
randi corpus, nil tamen te-
merè denegare seu ventricu-
lo, seu corporis curæ reli-
quæ. Libertatis amans est
homo, sed honestæ, & qui sui
juris est, non utendo privile-
gium non admittere debet.
Sanis quippe omnia sana, &
*πάντα μέτρια, omnia mo-
derata optima.*

PARADOXON IX.

Optimum medicamentum medicamento non uti.

Non tam moraliter id verum est, quid enim melius, in vitâ humanâ, quam non egere medicinâ? non tam in morbis his illis, quam pluribus casibus, ipso fatente *Coo l. de artic. cap. 35. §. 6. sed cum primis in diætâ literatorum servandâ. Non temere purganda corpora fana,*

E Z

nec

cor-
bus,
i, ac
ibus
ode-
n te-
ricu-
reli-
s est
i sui
vile-
ebet.
a, &
mo-

P A-



nec continuanda indies me dicamenta, ad naufeam usque ventriculi & universæ naturæ. Satis est, sanos parum esse onerandos iisdem, satis etiam in symptomatibus arcendis his illis hypochondriacis, solennia observare tempora anni, si quidem aliquo opus sit; reliquis quiescere. Ne pilularum aloeticarum crebrior usus, educendo scybala æquè ad vitam longam vel sanitatem prodest; nec alia, cæteroqui longè optima quotidiano usu possunt esse proficia.

PARA-

PARADOXON X.

Affectus hypochondriacus non est morbus literatorum.

Adsit hoc à bonis literis, ut cum cibus sint animi, corpori labem affricent ullam. Verum est, videri pallentes, valetudinarios, infirmos literatos, aet suâ non literarum culpâ. Nonne satius est, modum tenendo proficere magis, quam turbando omnia intempestivo stu-

Studio? Est sanè & Hygea
bonarum literarum soror,
nec tam infortunati sunt illa-
rum studiosi, ut ad morbos,
ad vitæ brevitatem propera-
re debeant. Et si contin-
gat aliunde labefactari cor-
pus, majori illorum provi-
dentiâ & præservari & cura-
ri possunt longè faci-
lius.

¶(o)¶


lygea
oror,
t illa-
rbos,
pera-
ntin-
cor-
rovi-
cura-

2

400
416







Kodak
LICENSED PRODUCT
KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

